UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Procuratoribus Ecclesiasticis. Tit. 17

urn:nbn:de:hbz:466:1-62002

Visual Library

# TITULUS XVII.

## De Procuratoribus Eccleſiaſticis.

### SUMMARIA.

1. *Procuratores Eccleſiaſtici hic qui.*
2. *Quibus inſigniantur nominibus.*
3. *Oeconomus, de quo hic, qualis eſſe debeat, & conſtitui.*
4. *Quod ejus Officium.*

1 PRocuratores Eccleſiaſtici, ſic generali nomine dicti, hic ſunt omnes rerum Eccleſiaſticarum *Adminiſtratores. can. Salvator. ubi Gloſſ.* 1. *qu.* 3.

2 *Eorum quidam* ſpeciali nomine vocantur *Præpoſiti, c. quamvis: de verb. ſignific.* qui aliis Adminiſtratoribus præſunt: quidam *Oeconomi;* id eſt, Magiſtri domus, & ſub Præpoſito adminiſtrant conſenſu Epiſcopi, res Eccleſiaſticas; *l. jubemus.* 14. *C. de S.S. Eccleſ. l.* 3. *C. de his qui ad Eccleſ. confug.* Quidam *Syndici;* de quibus ſuo loco, titulo ſpeciali. Quidam *Vicedomini*, qui rebus Epiſcopi præſunt: *c. conſulere. de Simonia. can. volumus. diſt.* 89. De quibus ſupra. Quidam *Caſtaldi*, qui externarum rerum Clericorum habent curam: *Gloſſ. verb. Gaſtaldum. in can. Salvator.* 1. *qu.* 3. Quæ tamen nomina in jure ſolent confundi, *d. c. conſulere. d. can. Salvator. Suar. tom.* 1. *de Religioſ. lib.* 4. *de Simonia cap.* 29. *num.* 8. & ſecundum locorum conſuetudines uſurpari. Nos de *Oeconomo* tanquam notiori, & cæteros ferè comprehendente, videbimus: ſed breviter; cum de eo ſupra egerimus.

3 Is eſſe debet Clericus, bonæ vitæ, ab omni ſuſpicione liber, de gremio Eccleſiæ, non conſanguineus Prælati conſtituentis, *can. decenter. diſt.* 76. *can. pervenit.* 1. *qu.* 3. non Laicus, *can. quia in quibuſdam. can. judicatum. diſt.* 89. *can. in nova.* 16. *qu.* 7. *Gregor. lib.* 7. *epiſt.* 66. niſi Clericus non reperiatur idoneus: *Abb. in c. decernimus. de judic.*

conſti-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

conſtitui, auctoritate Epiſcopi ſeu Prælati ipſius Eccleſiæ, *can. cum ſimus. 9. qu. 3.* non ejus Vicarii, niſi ex mandato ſpeciali, *Sbrozz. de offic. Vicarii. lib. 2. qu. 53. Scip. de Rubeis. in Aphoriſm. Epiſcopal. verb. Oeconomus. num. 1. Narbona de appellat. à Vicario ad Epiſcop. part. 1. num. 235.* omninò, Sede Vacante, Capituli, vel eo negligente Metropolitani. *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 16. Roderic. à Cuccha in comment. ad cap. 2. num. 4. diſt. 89. Scip. de Rubeis d. verb. Oeconomus.*

*Officium* ejus eſt res Eccleſiæ omnes fideliter adminiſtrare, & tanquam ejus patrimonium gubernare, *per tot. diſt. 79.* Fructus diligenter exigere, diſpenſare, augere, *c. cum vos. 4. de offic. Ordin.* in caſibus prohibitis non alienare; *Nov. 7. d. l. jubemus. C. de SS. Eccleſ.* de omnibus Epiſcopo vel Capitulo rationem, *can. ea enim. §. hoc jus porrectum. 10. qu. 2. can. Diaconorum. can. judicatum. diſt. 79.* ſingulis annis, *Concil. Trident. ſeſſ. 22. de reform. cap. 9.* reddere. *Bart. in Nov. 123. §. Oeconomus. Eſcovar. de ratiocin. Adminiſtrat. cap. 3. num. 7. cum ſeq. Vide ſupra titulis 28. 29. 30.* 4

# TITULUS XVIII.

## De Vita & Honeſtate Clericorum.

### SUMMARIA.

1. *Clericorum vita debet eſſe innocens.*
2. *Innocentia præcipuè deſideratur in Epiſcopo.*
3. *Honeſtas deſiderata, quid.*
4. *Duplex; Externa, Interna: Quæ utraque.*
5. *Utraque qualis eſſe debet circa officia & negotia. Ne commercia exerceant.*
6. *Nè negotientur lucri cauſſa.*
7. *Ne poſtulent.*
8. *Excipiuntur caſus.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN